

crepitare. *uerb. intr, tr.* DOSITH Ars. uanas querelas crepitare. ETYM crepare. DLAT crepitaculum, discrepitare. DROM *cast.* crepitare, grietar, *it.* crettare; *incertum utrum* a crepare an a crepitare > crepita > *CREPTA > *cast.* grieta, grietar, agrietar; *cat.* cretua, *it.* cretto, crettare; *port.* greta, gretar; *CREPTIARE > *cat.* esquerdar. [FREQ humilis 82 ^{indicia} 4,9 ^{/d.c.m.} 240 LIV ANDR] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, saepissime uersu; omnibus usibus, praecipue doctis; necnon quandoquidem technicis inuenitur; inde ab initiis apparet.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	16	2,2
	dramatica	3	6,7
	exponens	20	6,7
	lyrica	7	24
	narratiua	34	6,3
	satirica	2	10
DIACHRONICA	III-II aec.	2	5
	I aec.	16	5,7
	I-II ec.	33	8,5
	III-V ec.	31	3,3
DIAPHASICA	quotidiana	3	5,2
	media	34	2,4
	docta	44	21
DIASTRATICA	litteraria	76	5,5
	technica	6	2,2
MODUS	prosa	25	1,7
	uersu	57	29

¶ **a1** *concrepare - restallar, cruji* o *producir estrépito* [HYPER sonare SIM ↗concrepare^{a1}] 201 PLAUT Men 926. MED. Dic mihi: en umquam intestina tibi crepant, quod sentias? MEN. ubi satur sum, nulla crepant; quando esurio, tum crepant. 29-19 VERG Aen 5.436. duro crepant sub uulnere malae. 43 MELA 1.73. Terret ingredientibus sonitu cymbalorum diuinitus et magno fragore crepantium. 350 SOL 5.18. Salem Agrigentinum ... cui si liquor aquae proximauerit, crepitat ueluti torreatur. GLOSS 2.326.7. ἐχῶν crepito sono strepo. 2.352.54. κομπῶ. 2.355.45. κροτῶ crepito plaudo. 4.409.1. crepitat sonum facit.

a2 *de multis actionibus dicebatur, ut de dentibus frendentibus - se aplicó a múltiples realidades, situaciones que en castellano se materializan mediante distintos verbos especializados; así, expresó la acción de producir un sonido los dientes cuando entrechocan o representa el sonido que producen los propios dientes al castañetear o chascar* [SIM ↗frendere^b] 191 PLAUT Rud 536. Quia pol clare crepito dentibus. 70 LUCR 5.747. hiemps sequitur crepitans ac dentibus algus. 20 MANIL 5.602. Phorcys ... saeuit in auras morsibus, et uani crepitant sine uulnere dentes.

a3 *saepe quasi sonum ferre flamma aut ignis in lignis ortus, seu lignum et palea ardentis - menudo, crepitar la leña o el fuego* [DOM cremare] 70 LUCR 6.155. Delphica laurus terribili sonitu flamma crepitante crematur. 92 SIL 5.571. stipula crepitabat inani ignis iners cassamque dabat sine robore flammam. 330-430 PS HEGES 2.11.4. crepitabant flammae saeuo per urbem incendio.

et fortiter pluuiua seu grando super tecta cadere - también repiquetear sobre los tejados el granizo y la lluvia 37-30 VERG Georg 1.449. multa in tectis crepitans salit horrida grando. 50 SEN Epist 45.9. fortuna cetera eius tela ... grandinis more dissultant, quae incussa tectis sine ullo habitatoris incommodo crepitat ac soluitur.

etiam nubes - también las nubes 29-19 VERG Aen 5.459. multa grandine nimbi culminibus crepitant.

et tonitrua fortiter sonare - también tabletear los truenos [SIM concrepare^{a5}] 430 MART CAP 4.27. fratta diceres crepitare tonitrua. GLOSS 2.356.14. κτυπῶ. 2.326.7. ἤχῶ 'sonar la tormenta'.

a4 *item cum arma inter se confligentes sonum dant, immo aes seu ferrum quibus illa confecta sunt - asimismo, cuando, entrechocando, tintinean las armas, o el bronce o el hierro con que estas están forjadas* [HYPER sonare SIM ↗tinnire] 37-30 VERG Georg 4.151. apes canoros Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae Dictaeo caeli regem pauere sub antro. 92 SIL 16.30. concitus Hannon aduentabat, agens crepitantibus agmina caetris barbara. 370 AVIAN Fab 7.9. Faucibus innexis crepitantia subligat aera, quae facili motu signa cauenda darent.

et metalla in incude plancta - y sonar el metal al ser golpeado contra el yunque 386 AVIEN Orbis terr 948. Tibareni, Chalybes super, arua ubi ferri ditia uulnifici crepitant incudibus altis. GLOSS 2.355.45. κροτῶ.

a5 *sonare a plangendo id efficit, ut quasi frictionis sonum edere uideretur, cum de metallicis loqueretur - este entrechocar y por tanto producir un tintineo se hizo extensivo a producir un sonido de roce, tanto objetos metálicos* 29-19 VERG Aen 6.209. leni crepitabat brattea uento. 2-8 Ov Met 10.648. medio nitet arbor in aruo ... fuluo ramis crepitantibus auro.

seu de arborum ramis seu segetum spicis - como las ramas de los árboles o las espigas de cereal: susurra [HYPER sonare SIM fremere] 79 PLIN Nat 16.91. folia pediculo tremulo populis, et iisdem solis inter se crepitantia. 92 SIL 13.672. octaua terebat arentem culmis messem crepitantibus aestas.

a6 *et sonum tenuiorem indicauit, ut aquae murmurant, seu saxa sub undis, seu uenti - y se aplicó a la acción de sonar más suavemente aún: murmurar las aguas, las piedras bajo el agua, los vientos* [HYPER sonare SIM ↗murmurare] 29-19 VERG Aen 11.299. fit clauso gurgite murmur uicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis. 2-8 Ov Met 11.604. Lethes ... cum murmure labens inuitat somnos crepitantibus unda lapillis. 430 MART CAP 1.11. canora modulatio melico quodam crepitabat appulsu.

b *similitudinis sonitus causa, edere uocem ciconia - por la similitud del sonido, crotorar la cigüeña* [HYPER edere uoces aues SIM ↗crotolare] 2-8 Ov Met 6.97. Antigonen quam regia Iuno in uolucrum uertit, nec profuit Ilion illi Laomedonue pater, sumptis quin candida pennis ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. 350 SOL 40.25. ciconias Aues istas ferunt linguas non habere, uerum sonum quod crepitant oris potius quam uocis esse.